



**G**Eorgius filius fuit Iohannis Baronis Vuald-  
 burgensis, qui bello Bauarico Huldrici du-  
 cis Vuirtembergensis signifer primarius extiterat.  
 Ab eo itaque Georgius optimis uirtutibus institu-  
 tus in uirum prudētem & fortissimum euasit. Post  
 patris mōrtē uxorem duxit Comitis Iohannis à  
 Sonnenberg filiā, atq; per eam dominiū in Vuolff-  
 eck adeptus est. Hic sua pietate & iustitia magnum  
 nomen nactus erat. Itaq; cum rustici per totam fe-  
 rē Germaniam anno millesimo quingentesimo ui-  
 cesimo quinto Christiana libertate abusi, maxi-  
 mos motus excitarent, atque omnibus nobilibus  
 & sacerdotibus excidium minarentur, Georgius il-

le fœderis Sueuici dux electus est.